

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

nihil de figuræ similitudine detrahat, sed tãtummodo promoueant terminos fenestræ DECA. vt fiat IGK. FBH. sola igitur cornua CD. acuminata manent in causa, circumducta enim secundum circumferentiam figuræ fenestræ, scribunt & ipsa talem circumferentiam HI. KF. vti prop. sexta patuit.

PROPOSITIO XI.

Diameter luna in huiusmodi radio minor apparet quàm foris in cœlo. Manente figura priori cõtinuetur DAC. segmentũ, eiusque circuli centrum L. connectatur cum C. A. D. Continuetur etiam DEC. segmentum per N. eiusque circuli centrum A. connectatur cũ C. E. D. punctis, & producat in KGI. Cum ergo DECA. per corollarium tertiæ sit exacta figura partis de sole deficiente residuæ, cuiusmodi verè in cœlo apparet, ideoque LA. ad AE. vel LD. ad DA. vel LC. ad CA. est vera proportio dimetentiũ solis & lunæ.

At verò cum IGKFBH. sit ampliata vndique semidiametro fenestræ EG. vel CK. Duo ergo in idem cõcurrunt, primò AD. AE. AC. semidiametri solis augentur, fiuntque AI. AG. AK. Quare per octauam quinti, maior est proportio AI. ad AL. quàm AD. ad AL. Deinde LD. LA. LC. semidiametri lunæ minuuntur, fiuntque LA. LB. LF. itè æquales, quia æqualia demuntur. Quare per eandem, maior est proportio AD. ad BL. quam AD. ad AL. maior. a. fuit & AI. ad AL. quam AD. ad AL. Multo igitur maior est AI. semidiameter solis in radio, ad BL. semidiametrum ☾. in radio, quàm AD. semidiameter ☉. in cœlo; ad AL. semidiametrum lunæ in cœlo. Hæc inæqualitas admodum est sensibilis, quia fenestra ferè assumitur satis ampla.

PROPOSITIO XII.

Digitus Ecliptici pauciores apparèt in radio quàm in cœlo. Continuetur enim in schemate priori segmentũ IGK. p. M. Cũ ergo EN. ad NA. fit proportio diametri solis ad partem deficientem, GM. vero fit auctior quàm EN. duab. semidiametris fenestræ, EG. & NM. minor est ergò proportio NA. ad MO. quàm NA. ad NE. sed NA. æqualis est MB. p. p. terea quia AB. & MN. æquales. Minor est ergò proportio MB. partis de radio deficientis ad MG. diametrum radii,